

www.e-rara.ch

[Postilla super epistolas et evangelia]

Guilelmus

[Basel], [nicht vor 1474]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-138691>

In die sancte trinitatis Corinth. xiii

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

per manus apostolorum et. **P**etrus autem non solum per tactum
sed etiam per umbram / quod maius est. quod fiebat ad ostendendum quod erat prin-
cipaliter apostolus / Ergo nominatur princeps apostolorum. Et quia Christus non le-
gitur curasse per umbram sancte petrus ideo in petro videtur impletum fuisse
quod dixit Christus iohannis. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipse
faciet. et maiora horum faciet / Concurrebat autem et multitudo viciarum
civitatum in hierusalem. afferentes egros et veratos a spiritibus immundis
Qui curabatur omnes et magnificabant dominum iesum Christum.

In die sancte trinitatis Corinthios xiiij.

Gaudete perfecti estote. et. **A**n in incipit illi epistole scribit sac-
tus paulus in eodem capitulo. In ore duorum vel trium stabit omne
verbum. Tunc sequitur princeps epistola **G**audete perfecti estote / Quia
hodie festum sancte trinitatis paginamus necesse est aliquid de sancta tri-
nitate breviter loqui / unde Augustinus in primo libro de trinitate **H**oc
itaque vera et pia fide credendum est quod trinitas sit unus et solus et verus
deus scilicet pater et filius et spiritus sanctus et hec trinitas unus eiusdemque sub-
stantie vel essentie creditur que est summum bonum. **I**tem Augustinus. hec vera
sancta trinitas nihil maius est in tribus personis filius nominatus quam in una
qualibet semel et per se dicta / quia una queque persona plena est
substantia in se non tamen tres substantie sed unus deus et una
substantia una potentia una eternitas una magnitudo una bonitas
pater filius et spiritus sanctus. **I**tem sciendum quod beata trini-
tas fideliter est credenda non curiose investiganda / unde Bernardus. **S**eru-
tari hec temeritas est. credere pietas nosse vita eterna. **F**ratres **L**y-
in veritate fidei persistentes. gaudete / **L**y. ad virtuosum enim pertinet de
opibus virtutum gaudere. perfecti estote. id est ad perfectionem consequendam
tendite / Quia sicut navis in flumine posita per aque motum descendit
nisi remigetur in contrarium / Sic anima ex corruptione carnis et peccato
ad malum continuo descendit a perfectione nisi conetur in contrarium. **E**xhorta-
mini vos maiores illos qui sunt minores **V**ide sapite scilicet vos minores
cum maioribus. pacem habete **L**y. quia Christus nobis hereditarie conseruanda
reliquit **V**t patet. Job. xiiij. **P**acem reliquo vobis. pacem meam do vo-
bis. et deus pacis. id est dator et amator pacis. et dilectionis. id est caritas
concomitatur veram pacem eo quod per caritatem deus est in homine et ipse

se in eo. erit vobiscum / per gratiam in presenti et gloria in futuro. gratia domini nostri iesu christi et caritas dei et communicatio spiritus sancti. **W**ilhelmus lugdunensis in illis verbis innuit trinitatem personarum primo personam filii ibi. gratia domini nostri iesu christi / secundo personam patris ibi. caritas dei scilicet patris / tercio personam spiritus sancti ibi. et communicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus nobis Amen.

In festo sancte trinitatis Ro. xi.

Altitudo diuiciarum sapientie et scientie dei. etc. / **A**n incipit illius epistole scribit sanctus paulus in eodem capitulo dicens. **N**on li altum sapere sed timere. Tunc sequitur primus epistola. **A**ltitudo diuiciarum / **H**oc. i. abundantie et copiositatis. sapientie / que est de diuinis et de spiritualibus. **D**e qua psalms. **N**on est inuestigatio sapientie eius. **E**t in ps. c. lvi. **E**t sapientie eius non est numerus. et scientie dei / que est de rebus humanis. **E**t coll. iii. **I**n ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie. Quam in comprehensibilia sunt iudicia eius. **H**oc. i. dispositiones eius de omnibus rebus / unde psalms. xxxv. **I**udicia eius abyssus multa. et inuestigabiles vie eius / i. implectiones dispositionum. **I**n quibus omnibus est misericordia et veritas / unde psalms. xlii. **U**nuerse vie domini misericordia et veritas. Quorum rationes a nobis non possunt attingi / unde Ecclesiastici viii. **I**ntelli non omnino opus domini nullam possit homo inuenire rationem. Quis enim agnouit sensum domini / de dispositione rerum. quasi diceret nullus. **A**ut quis consiliarius eius fuit. **U**n. dans ei consilia qualiter sic vel sic res disponeret / quasi diceret nullus. **A**ut quis prior dedit illi et retribuetur ei quod. nullus. quia hoc est impossibile: quia omnem virtutem non solum operandi sed etiam cogitandi et essendi ab ipso habemus. Quod declarat hic consequenter dicens. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia / **H**oc. superiora inferiora et media spiritualia et corporalia et ex utroque opposita. **E**t in istis verbis innuit apostolus trinitatem personarum in essentia diuina / per hoc quod dicit ex ipso innuit personam patris / per hoc quod dicit per ipsum innuit personam filii / per hoc quod dicit in ipso innuit personam spiritus sancti. **E**cce distinctio seu pluralitas personarum. **I**psi honor et gloria / ecce unitas essentie. **N**on enim dicit ipsis: sed ipsi honor et gloria in secula seculorum Amen.